DE INSCRIPTIONE TIGLAT-PILESER III REGIS ASSYRIAE QUAE VOCATUR ANNALIUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE BEROLINENSI

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

UNAQUE CUM THESIBUS ADIECTIS

DIE V. M. JULII A. MDCCCLXXXXII

PUBLICE DEFENDET

PAULUS ROST

SAXO.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

B. MEISSNER, DR. PHIL.

J. LIPPERT, DR. PHIL.

M. LIDZBARSKI, CAND. PHIL.

LIPSIAE

EDUARD PFEIFFER

MDCCCLXXXXII.

Textum inscriptionum a Layard et Rawlinson editarum secundum archetypa et ectypa chartacea revisum et versione germanica necnon commentario instructum, in lucem edere mihi est in animo.

PARENTIBUS DILECTISSIMIS

S.

Praefatio.

Inscriptiones Tiglat-Pileser III, regis Assyriae, ab A. H. Layard auspiciis Musei Britannici in vico Mesopotamiae, qui vocatur Nimrûd, anno 1849 p. Chr. n. effossae sunt. Qua de re si quis ampliora requisiverit, eum ad narrationem ab ipso A. H. Layard hac de re compositam et libro, qui inscribitur „Ninive and its remains" (Londini anno 1849 p. Chr. n. in lucem edito), publici juris factam delegamus.

De ipsis inscriptionibus priusquam disputo conspectum librorum de iis scriptorum proferre haud inutile judico. Sunt autem hi:

A. H. Layard, „Inscriptions in the cuneiform character from Assyrian monuments" London 1851.

G. Smith, Zeitschrift für Aegyptologie 1869.

H. Rawlinson, Inscriptions of Western Asia, tomus III p. 9—10, London 1870.

E. Schrader, Die Keilinschriften und das alte Testament, Giessen 1872, ed. II. 1883.

G. Smith, Assyrian Discoveries, London 1875 p. 252.

E. Schrader, Keilinschriften und Geschichtsforschung, Giessen 1878.

G. Rawlinson, The five great monarchies of the anc. Eastern world, II ed. London 1879.

E. Schrader, Die Inschriften Tiglat-Pileser II (Berl. Ak. d. Wiss. 1879/80).

F. Hommel, Geschichte Babyloniens und Assyriens, Berlin 1885.

C. P. Tiele, Babylonisch-Assyrische Geschichte, Gotha 1886/88.

E. Schrader, Keilinschriftliche Bibliothek, Berlin 1890, tomus II.

Winckler, Geschichte Babyloniens und Assyriens, Leipzig 1892.

Introductio.

Caput I.

De inscriptionibus Tiglat-Pileser III, regis Assyriae.

Inscriptiones Tiglat-Pileser III, regis Assyriae, duabus inscriptionibus exceptis (Lay. 68. 69) alio loco inventas esse atque primitus collocatae erant satis constat. Esarchaddonis enim regis jussu e domo regia medio in vico Nimrûd sita, quam Salmanassar II aedificaverat et postea Tiglat-Pileser III in Chattaeorum aedificiorum modum commutaverat, in domam regiam, quae partem vici Nimrûd inter occasum brumalem et meridiem spectantem efficit, translatae sunt, ut imaginibus insculptis atque inscriptionibus privatae ad ipsius domum regiam aedificandam usui essent. Artifices vero Esarchaddonis mandata leviter peregerunt, cum sine discrimine solam vel mediam vel primam inscriptionum partem delerent. Qua de causa aliqua ex parte contextus, qualis fuerat, restitui potest. Inscriptionum, quae ad nostra tempora pervenerunt, genera sunt duo:

A) Inscriptiones Fastorum, quae secundum terrarum a rege subactarum ordinem dispositae de rebus gestis dicunt.

B). Inscriptio annalium more composita, quae res a rege gestas secundum annorum ordinem enarrat, quae quidem ad historiam ejus illustrandam singularis est momenti.

A.

Inscriptionum, quae Fastorum dicuntur, tres ad nos pervenerunt recensiones, quarum prima ea est, quae publici juris facta est:

a) II R 67. Cuius lacunae alia quadam tabula argillanea explentur. Utraque tabula asservatur in Museo Britannico (K. 3571 et D. T. 3)

b) tabula lapidea No. 1, quae exstat apud Lay. p. 17. 18, cum archetypo tum ectypo chartaceo eodem loco asservatur; archetypon (No. 616) mutilum est, ectypon chartaceum (No. 119 a. b) autem nondum in lucem editum integrum exstat.

c) Alius cuiusdam ejusdem generis inscriptionis asservatur ectypon chartaceum in Museo Britannico (No. 126 ab designatum). Cuius alteram partem nondum in lucem editam Georgius Smith in libro suo (Assyr. Discov. 274) transtulit, alteram nemo ad id tempus cognitam habuit.

Accedit inscriptiuncula (III R 9 No. 3; ectyp. chart. No. 118), quae ordine geographico disposita oppida capta enumerat.

Recensiones, quas sub litteris *a* et *b* designavi, anno 729 a. Chr. n. confectas esse satis constat; quo vero tempore inscriptio littera *c* notata conscripta sit, adhuc dissentiunt viri docti Quam non ante annum 734 a. Chr. n. confectam esse persuasum habeo, cum inscriptione annalium cum ea comparata probetur, maximam partem rerum contra Sardurri Urarṭaeum gestarum non ad annum 743, sed ad annum 735 spectare.

B.

Inscriptionis annalium quattuor ad nos pervenerunt recensiones. Quarum tabulae, quibus regiae locis dispositae fuerint, cum ignoremus, ex vario uniuscuiusque versuum

numero argumentum ad eas distinguendas petere necesse est. Constant enim recensionum, quas commemoravimus, tabulae:

primae septem
alterius duodecim
tertiae sedecim
quartae viginti

versibus. Quo in numero inscriptio apud Lay. 66 in lumen edita habenda est, quae initio ipsa quoque viginti versus, quorum quattuor interierunt, continuit. Quarum e numero cum nulla ad nos integra pervenerit, tantummodo partem quandam textus qualis initio fuerat, restituere nobis licet. Quam ad rem illustrandam tabularum, quo ordine singulas disposui, conspectum inserere aptum videtur:

Numerus versum nostrorum	Tabulae, quae apud Lay. et Rawl. respondent
1— 7	Lay. 34 a.
8 - 19	Lay. 52 a. (ect. chart. 121 a.)
20— 31	Lay. 52 b. („ „ 121 b.)
32— 43	Lay. 51 a. („ „ 120 a.)
44— 55	Lay. 51 b. („ „ 120 b.)
56— 57	— (tabula nondum in lucen edita)
58— 73	Lay. 71 a. 71 b. 72 a.
74— 89	Lay. 45 b.
90—101	III R. 9 No. 1 (ect. chart. 123.)
102—122	III R. 9 No. 2 (K. 6205.)
123—157	III R 9 No. 3. } ect. chart. 115 a, b, c, d, e.
158—164	Lay. 50b + 67 a. } ect. chart. 115 a, b, c, d, e.
165—176	Lay. 67 b. } ect. chart. 115 a, b, c, d, e.
177--190	III R 10 No. 1 (ect. chart. 117.)
191—210	Lay. 72 b,
211—228	Lay. 66,
229—240	Lay. 29b (+72 b.)

Ex his tabulam apud Lay 34a editam primo bello Babylonico propterea adjudicandam esse censeo, quod ea, quae illam insequitur (Lay. 34b), e parte congruit cum tabula Lay. 52a prius bellum Babylonicum narrante.

Fragmento vero Lay. 45b. res anno 739 gestas narrari ex eo apparet, quod oppida, quorum captio in eo commemoratur, non in Armenia (cf. Hommel, Geschichte Ass. Bab.) sed in Ulluba regione sita fuisse inscriptione Fastorum docemur. Tabula vero Lay. 72b duae inscriptiones commixtae sunt: 72b et 29b. De ordine earum tabularum, quibus res annis 734—732 gestae traduntur, alio loco amplius disserendum est.

Caput II.

Epitome rerum a Tiglat-Pileser III gestarum.

Inscriptionem annalium inprimis ad historiam Tiglat-Pileser III illustrandam valere jam supra diximus. Quae cum multis partibus mutila lacunisque interrupta eamque ob rem ex ceteris inscriptionibus supplenda sit, haud inutile judico, res a Tiglat-Pileser gestas breviter enarrare:

Anno 745 a. Chr. n. Tiglat Pileser mense Jjjar regno potitus in Babyloniam profectus est, ut periculum a gentibus quibusdam Aramaeis Babyloniam incolentibus imminentem repelleret et Babyloniam denuo in potestatem suam redigeret. Qua expeditione Sippar, Dûr-Kurigalzu aliisque oppidis captis Kar-Asur oppidum condidit et canalem, qui Patti vocatur, restituit.

744. (qui annus alter regni eius) Bit-Zatti, Bit-Abdadani, Bit-Sangibuti, Bit-Kapsi, Bit-Tazzaki, Bit-Sangi, regiones

Mediae expugnavit; Bit-Chamban et Sumurzu finibus Assyriae addidit. Hinc aliis quibusdam pagis (Ariarma, Tarsharranichu) captis Asurdaninani ducem in regiones a Bikni monte ad solem orientem spectantes misit, in quibus vim Assyriorum exerceret. Rediens terram Namri subegisse videtur.

743. Bellum cum Sardurri Urarṭaeo eiusque sociis gestum. Proelio in ea parte Syriae, quae ad septentrionem spectat, facto, Assyrii inferiores discessisse videntur.

742-740. Oppidum Arpad obsessum et captum.

739. Satrapae Tiglat-Pileser regis Ullubam et Kurchu regiones subegerunt, dum ipse Arpad, in oppido Syriae, anno priore capto commoratur; a regulis Syriae ad septentrionem versus sitae tributa accepit.

738. Civitates Chammatenses, quae Azrijau, rege Judaeo, auctore seditionem moverant, in suam dicionem redegit iisque praetorem praefecit, a regulis Syriae et Palaestinae tributa accepit. Aramaeorum gentes quasdam in Tigridis fluminis ripa sedes habentes, cum defecissent, a satrapis Lullumi et Nairi provinciarum denuo subactae et magna ex parte in obeuntis solis partes translatae sunt.

737. Altera in Medos expeditio. Media, Bit-Barrua, Umlijash, Bit-Kapsi; Kar-Zibra, Shilchazi, aliis quibusdam regionibus expugnatis Marduk deum, qui magno in honore apud incolas Til-Asuri fuit, hostiis coluit.

736. Pagos sub monte Nal sitos, in quibus Mukaniam, cepit, hoc ipso anno Barsua et Bustus regionibus bellum intulisse videtur.

735. Urarṭaeorum h. e. Armeniorum terram vastavit; cuius caput Turushpa (Tosp) ipsius loci natura munitum capere non valuit. Rebus infectis discedere coactus statuam regiam in portae conspectu erexisse satis habuit.

734. Oppidis Phoeniciae ad septentrionum versus sitis, in quibus Gublu, Rashpuna, Riraba, Abilakka expugnatis

oram secutus in Philistaeam pervenit. Ejus adventu perterritus Channo, Ghazae regulus, in Aegyptum aufugit. Ghaza cum alia quadem urbe, cuius nomen deletum est, capta exercitum in Arabiam misit.*

733. Tiglat-Pileser ab Achaz, rege Judaeo, auxilio vocatus, cum Resonem, regem Damasci, proelio vicisset, Damascum oppugnavit et agros in Syriae finibus devastavit. Eodem tempore Samsije regina Arabiae ab exercitu in Arabiam misso victa est aliaeque civitates: Sabaei, Themaei, Idiba'ilaei, Chajappaei, Badanaei, Masaei sua sponte imperio Assyriorum se subjecerunt et tributum dederunt. Obsidioni gerendae praetorem praefecit, ipse in terram Israel profectus agros vastavit. Quam ob rem seditione Samariae exorta Hosea quidam Pekach regem interfecit et ut regnum sibi confirmaret, regis Assyriae potestati se submisit.

732. In Damasci obsidione perseveratum est: Mitinti, princeps Askalonis, qui Resonis auxilio fretus seditionem commoverat, exercitus Assyriorum adventu mente alienatus est, cuius filius Rukiptu in regnum successit pacemque tributo redemit. 591 oppidis in Damasci finibus vastatis Damascus capta est. Quam in urbem congregati Achaz, rex Judaeae, aliique Syriae, Palaestinae, regionum vicinarum reguli tributa contulisse videntur.

731. Bellum in Babylonia gestum. Bit-Shilani, Bit-Sha'alli, Bit-Amukkani captis Sapijam, caput Ukinzir reguli, qui contra jus fasque insignia regia Babylonis sumpserat, obsidione clausit omnique commeatu privavit. Qua re perterriti Balasu, regulus Bit-Dakkuri, Nadin, Larrak oppidi princeps, Merodach-Baladan, regulus Bit-Jakin regionis, sua sponte Assyriorum imperio se subjecerunt et tributa miserunt.

* De ordine rerum a Tiglet-Pileser hoc anno gestarum alio loco plura afferam.

730. Bellum non gestum est.

729. Sapija urbem altero, quam oppugnari coepta est, anno capta rex Babylonis proclamatus est.

728. Babylonem ingressus insignia regia e Marduk dei manu accepit.

727. Mense Ṭebet mortuus est.

INSCRIPTIO ANNALIUM.

1. — — — — — (nâru) — — — — [i]-na rak-su-ti í-bir ša (amilu) A-ri-mi kali-šu-[nu ša šid-di (nâru) — — —]

2. [abikta-šu-nu aš-kun] M (X + IX) niši X MD. alpí [aš-lu-la âlâni-šu-nu]

3. ab-bul aḳ-ḳur i-na išâti aš-ru-up (amílu) Ra-[sa-a-ni ša (mât) Kal-du]

4. na-mur-rat Ašur bíli-ia is-hup-šu-nu-ti-ma [a-di mah-ri-ia]

5. il-li-ku-nim-ma u-na-aš-ši-ḳu šípâ-ia — — — — —

6. (amílu)Tu.Bit ša J'-sag-il(a) J'-zi-da [J'-šit-lam]

7. ri-hat Bíl Nabû Nírgal a-di mah-ri-ia [u-bi-lu-ni]

8. — — — — — — — u-ṣa-'-in-šu-nu-ti-ma a-na mâti-šu-nu il-li-ku âlâni šu-a-tu-[nu a-n]a íš-šu-ti ípu-us i-na íli Til-Kam-ri

9. [ša (âlu) Ḥu-mut i-ḳa]b-bu-šu-ni âlu ípu-us ul-tu uš-ši-šu a-di tah-lu-bi-i-šu a[b-ni ma u] šak-lil i kal mu-šab šarrû-ti-ia

10. [i na lib-bi ad-di] (âlu) Kâr-Ašur šum-šu ab-bi tuklat Ašur bíli-ia i-na lib-bi ar-mi niši mât[âti ki]-šid-ti ḳâtâ-ia i-na lib-bi u-ši-šib

11. [bi lat ma-da-tu u k]in-šu-nu-ti it ti niši (mât) Aššur am-nu-šu-nuti (nâru) Pa-at-ti [hiri-tu] ša ul-tu ûmí ru-ḳu-u-ti na-da-at-ma

1. — — — — — flumen — — — — ratibus transii Aramaeorum, quotquot [in ripa] — — — — [sedes habebant]

2. [cladem feci] M (X + IX) homines X MD armenta [abduxi oppida eorum]

3. destruxi, delevi, igne cremavi Ra's[âni, qui ad Chaldaeam pertinent]

4. terror Asur domini mei subegit, [in conspectum meum]

5. venerunt et pedes osculati sunt — — — — — —

6. ministri (?) Esagila, Ezida, [Eshitlam]

7. munera (?) Bel, Nabû, Nergal deorum in conspectum meum [attulerunt]

8. — — — — — — — eos honore affeci; domum redierunt; oppida illa denuo aedificavi, in loco Til-Kamri

9 [quem Chumut] vocant, oppidum condidi, a fundamento usque ad tectum aedificavi, perfeci; domum regiam

10. ibi mihi constitui, Kâr-Asur nomen eius (urbis) appelavi, cultum Asur domini mei institui, incolas terrarum, praedam manuum, ibi habitare jussi

11. vectigalia, tributum eis imposui cum incolis Assyriae eos numeravi. Patti canalem, qui a diebus superioribus neglectus jacebat et

12. — — — — — — — — — — aḫ-ri-í-ma i-na ḳir-bi-í-ša u-šaḫ-hi-ba mí nu-uḫ-ší — — — — — (âlu) Dûr-Gal-zi (âlu) Si-par ša (ilu) Ša-maš

13. — — — — — — — — — [(âlu) Ki-is]-sik-ki (amílu) Na-ak-ri (amílu) Ta-ni-í (âlu) Ka-la-in (nâru) Šu-ma-an-da-ši [(âlu) Pa-z]i-tu ša (amílu) Du-na-ni (mât) Ki-ir-bu-tu

14. — — — — — — — — — li-í (mât) Bu-u-du (âlu) Pa-aḫ-ḫaz (s, ṣ) (mât) Ḳi-in-Nippur álá[ni ša (mât) Kar-]du-ni-aš a-di lib-bi (nâru) Uk-ni-í

15. [ša a-aḫ tam-tim šap-l]i-tí a-bil a-na mi-[ṣir] (mât) Aššur utir-ra (amílu) Šu.Ut.Šaḳ-ia (amílu) [bil piḫâti ili-šu-nu aš]-kun ištu libbi kirrí ṣibâti-šu-nu

16. — — — — — — — — — aṣ-ṣab-ba-ta CCXL kirrí kad-ri-í a-na Ašur bíli-ia ar-ku-[us] niši da-a[d-mi šu-a-tu-nu ša aš-lu-la

17. — — — — — — — — — [ina pân piḫat (amílu) Tur-ta-ni pân piḫat (amílu) nagir ikalli pân piḫat (amílu) Rab. Bi.[Lub pân piḫat] (mât) Ba-ar-ha-zi-ia pân piḫat (mât) Ma-za-mu-a

18. — — — — — — is u-ší-šib pa-a ištín u-ša-aš-kin-šu-nu-ti it-ti niši (mât) Aššur am-nu-šu-nu-ti [n]i-ir-ri Ašur bíli-ia ki-i ša Aš-šu-ri

19. [í-míd-su-nu-ti] da-ad-mí na-du-u-ti ša pi-rik [mâti]-ia ša [ina tar-ṣi šarrâni ab]í-ia ar-bu-tu il-l[i-k]u

20. a-na íš-šu--tí aḳ-šir-ma (mât) Aššur a-na —

21. âlu ípu-uš í-kal mu-šab šarrû-ti-[a i-na lib-bi ad-di] — — — — — — — — — — — —

12. — — — — — — — — — effodi, in ea largas aquas duxi — — — — oppida Dûr-Galzi, Sippar dei Shamas,

13. — — — — — — — [Kis]sikki, gentes Nakri, Tanî, oppidum Kalain, flumen Shumandashi [Paz]itu, quod est oppidum gentis Dunani terram Kirbutu

14. — — — — — — — li, terram Bûdu oppidum Pachaz, terram Kin-Nippur quae opp[ida ad terram Kar]dunjash pertinent, usque ad flumen Ukni

15. maris inferioris cepi, finibus Assyriae addidi, praetorem meum dominum provinciae eis imposui, ex ovibus centesimas

16. — — — — — — — — sumpsi CCXL oves dona Asur domino meo consecravi; incolas terrarum illarum, quos abduxi,

17. — — — — — in provinciis praetoris, praefecti regiae, praefecti musicae, Barchazia, Mazamua

18 — — — — — — is collocavi, eos concordia, conjunxi,[1]) cum incolis Assyriae eos numeravi jugum Asur domini mei sicut Assyriis

19. [eis imposui] sedes derutas in finibus (?) terrae meae sitas, quae[temporibus regum]patrum meorum vastatae(?)erant

20. denuo constitui et Assyriam —

21. oppidum aedificavi, domum regiam [ibi condidi] —

[1]) Ad verbum: eos una eademque voce loqui jussi

22. šum-šu ab-bi tuklat Ašur bíli-ia i-[na lib-bi ar-mí niší mâtâtí ki-šid-ti ḳâtâ-ia ina lib-bi u-ší-šib]

23. it-ti niší (mât) Aššur am-nu-šu-nu-ti ṣalam [šarrû-ti-ia ina lib-bi ul-ziz a-na si-mat li-i-ti u da-na-ni]

24 ša i-na siḳ-ri Ašur bíli-ia íli mâtâtí aš-[kun —

25. X. Gun. huraṣi i-na danna-tí M. Gun. [kaspi] [i-na danna-ti] —

26. ma-da-at-ta-šu am-ḫur ina II palí-ia Ašur bíli-[ia u-tak-kil-an-ni-ma a-na (mât) Nam-ri]

27. (mât) Bît-Za-at-ti (mât) Bît-Ab-da-da-ni (mât) Bît-Sa-an-gi [Bît-Kap-si Bît-Taz-zak-ki lu al-lik] — [mí-ti-iḳ]

28. gir-ri-ia í-mur-ma (âlu) Ni-kur âl dan-nu-ti-šu u-maš-š[ir] — [kima Rammânu riḫilti íli-šu-nu]

29. u-ša-az-nin (âlu) Ni-ik-kur-ai kakki —

30. sîsî-šu pa-ri-í-šu alpí-[šu u ṣi-i-ni-šu aš-lu-la] —

31. (âlu) Sa-as-si-a-šu (âlu) Tu-ta-aš-di — — — — — — — — — — — — — — — — — —

32. — — — — — — (âlu) Ku-ši-a-na-aš (âlu) Ḫa-ar-šu (âlu) Ša-na-aš-ti-ku (âlu) Kiš-ki-ta-ra (âlu) Ha-ar-ša-ai (âlu) Ai-u-ba-ak

22. nomen eius (urbis) appellavi, cultum Asur domini mei [institui], [incolas, praedam manuum mearum, ibi habitare jussi]

23. cum incolis Assyriae numeravi. imaginem[1]) regiam ibi collocavi, ut majestatum et vim demonstraret,

24. quam Asur domini mei jussu in terris exercui —

25. X talenta auri nummi magni M. talenta argenti — nummi magni — — — — — — —

26. tributum ejus accepi. altero regni mei anno Asur dominius [meus animum meum confirmavit et contra Namri]

27. Bît-Zatti, Bît-Abdadani, Bît-Sangi, [Bît-Kapsi, Bît-Tazzaki profectus sum] — — — — — — — — — — — — — — — — — progressum

28. belli vidit et Nikur oppidum munitum reliquit — — — — — — — — — — — — — — — sicut [Ramman imbrem super eos]

29. misi. incolae oppidi Nikur arma —

30. equos, mulos, armenta, [pecora ejus abduxi] —

31. oppida Sassiashu, Tutashdi —

32. — — — — — — oppida Kushianash, Charshu, Shanashtiku, Kishkitara, Charshai, Aiubak.

---

[1]) statuam

33. — — — — — — — šadi-í ša (šadû) Ḫa-li-ḫa-ad-ri ubanu šadi-í ša-ki-tu iṣ-ba-tu ar-ki-šu-nu ar-di-í-ma abikta-šu-nu aš-kun

34. — — — — — — — (âlu) Ki-it-pa-at-ti-a ša (mât) Bît-Ab-da-da-ni ša Tu-na-ku í-ki-mu al-mí ak-šud šal-la-su

35. [aš-lu-la] — — — — ḫur-ri šadi-í í-ru-bu ina išâti ak-mu (âlu) Us-ha-ri ša (mât) Bit-Za-at-ti al-mí ak-šud Ka-ki-i

36. — — — — — — [ina ḳâtâ aṣ-bat (âlu)] Ni-kur a-di âlâni ša li-mí-ti-šu a-na íš-šu-tí ipu-uš niši mâtâti ki-šid-ti ḳâtâ-ia ina lib-bi u-ší-šib

37. [(amílu) Šu.Ut.Šaḳ-ia (amílu) bil piḫâti íli-šu-nu aš]-kun (mât) Bît-Kap-si (mât) Bît-Sa-an-gi (mât) Bît-Taz-zak-ki kima sa-pa-ri as-ḫu-up di-ik-ta-šu-nu ma-'-at-tu

38. [a-duk] — — — — — — [a-na za-ḳi-pa-a-ni] u-ší-li si-ta-at (amílu) mun-daḫ-ṣi-i-šu-nu rit-ti-šu-nu u-nak-kis-ma ina ki-rib mâti-šu u-maš-šir

39. [sîsî-šu-nu parî-šu-nu] ud-ra-a-tí-šu-nu alpí-šu-nu ṣi-í-ni-šu-nu um-ma-ni a-na la ma-ni il-ḳa-a Mi-ta-a-ki

40. — — — — — — — — — — — — — — — — — (âlu) Ur-ša-ni-ka íru-ub (âlu) Ur-ša-ni-ka (âlu) Ki-ti-pal ak-šud ša-a-šu aššat-su marí-šu marâtí-šu

41. [ilâni-šu aš-lu-la âlâni] šu-a-tu-nu a-di âlâ-ni ša li-mí-ti-šu-nu ab-bul aḳ-ḳur ina išâti ašru-up Ba-at-ta-a-nu mâr Kap-si

42. — — — — — — — — tu ik-nu-uš-ma iš-ša-a tup-šik-ku a-na la sa-pa-aḫ na-gi-i-šu (âlu) Kar-ka-ri-ḫu-un-dir í-zi-ba-aš-su

43. [bi-lat ma-da-at-tu íli]-šu aš-kun (âlu) U-ri-in-zi-a-šu ša it-ti Bi-si-ḫa-dir (âlu) Ki-ši-ir-ai ib-bal-ki-tu ak-šud

33. — — — — — — — — — montem Chalichadri, montis cacumen excelsum ascenderunt. eos persecutus sum eorumque cladem feci

34. — — — — — — — Kitpattia, quod est oppidum Bit-Abdadani, quo Tunaku potitus erat: hoc oppidum obsedi, cepi; praedam

35. abduxi — — — — — — fauces montium intravi, igne cremavi. Uschari oppidum in finibus Bit-Zatti situm obsedi, cepi. Kakî

36. — — — — — — — — [manibus cepi] oppidum Nikur et oppida intra fines ejus sita denuo aedificavi, incolas terrarum, praedam manuum mearum, ibi, habitare jussi

37. [praetorem meum dominum provinciae eis] imposui. Bit-Kapsi, Bit-Sangi, Bit-Tazzaki sicut jaculo subegi, milites, innumerabiles

38. [interfeci] — — — — cruce affixi, reliquae parti militum digitos abscidi et in media terra reliqui

39. [equos, mulos], camelos, qui duo tubera habent in dorso, armenta, pecora, artifices innumerabiles abduxit Mitaki

40. — — — — — — — — — — — — — — — oppidum Urshanika intravit; oppida Urshanika, Kitipal cepi ipsum, conjugem, filios, filias

41. [deos abduxi oppida] illa et oppida intra fines eorum sita destruxi, delevi, igne cremavi. Battanu, a Kapsi stirpe oriundus,

42. — — — — — — se imperio meo subjecit et munus servile subiit, ne agros ejus vastarem. oppidum Karkarichundir ei tribui

43. [vectigalia et tributum ei] imposui. Erinziashu, quod oppidum contra Bisichadir, praefecto Kishir(ai) oppidi, seditionem fecerat, cepi

44. šal-la-su aš-lu-la Ra-ma-ti-ia (mât) A-ra-zi-[aš?] —

45. šu-u ḫal-la-la-niš ip-par-ši-id ma mamman la í-m[ur ašar-šu] —

46. sîsî alpí si-í-ni (abnu) uknû ti-ib šadi-i — — — — — — — — — — [ma-da-ta-šu-nu am-ḫur] — — — — [ana ilâni]

47. rabûti bílí-ia aḳ-ki Tu-ni-i (mât) Su-mur-za-ai —

48. ak-šud (amílu) mun-daḫ-ṣi-šu a-na (iṣu) za[1]-ki-pa-ni u-ši-li —

49. (mât) Su-mur-zu (mât) Bît-Ha-am-ban a-na mi-ṣir (mât) Aššur u-[tir-ra nišî mâtâtí ki-šid-ti ḳâtâ-ia ina lib-bi]

50. u-ši-šib (amílu) Šu.Ut.Šaḳ-ia (amílu) bíl pihâti ili-šu-nu aš-kun —

51. a-na Ašur bíli-ia ar-ku-us (âlu) Ki-za-u-ti ša i-na (mât) — — — — — — — [a-di âlâni ša li-mí-ti-šu]

52. ab-bul aḳ-ḳur ina išâti aš-ru-up ša hazânâtí la kan-[šu-ti] — — — — — — — — — — — — — — —

53. CCC. Gun (abnu) uknû. D. Gun ní-in-zu siparru — — — — — — — — — — — — — —

54. ma-da-at-tu ša Man-nu-kima-ṣabí (âlu) Ab-da-da-ni — — — — — — — — — — — — — — — —

[1]) za a scriba omissum est.

44. praedam ejus abduxi. Ramatea, princeps Araziash (?) —

45. ipse sicut hallalu aufugit, nemo invenit locum ejus [quo erat,] —

46. equos armenta pecora crystallum, quod in montibus gignitur — — — — — — — — — — — [tributum horum accepi] — — — — — — [deis]

47. augustis, dominis meis, consecravi. Tunî, princeps Sumurza terrae —

48. cepi, milites ejus cruce affidxi —

49. Sumurzu, Bît-Chamban finibus Assyriae addidi [incolas terrarum, praedam manuum mearum, ibi]

50. habitare jussi, praetorem meum dominum provinciae eis imposui —

51. Asur domino meo consecravi. Kizauti, quod est oppidum — — — — [et oppida intra fines ejus]

52. destruxi, delevi, igne cremavi. quod ad praefectos oppidorum attinet, qui imperio meo se non subjecerunt — — — — — — — — — —

53. CCC. talenta crystalli, D talenta ninzu cypria —

54. tributum Mannukimasabe, praefecti Abdadani oppidi — — — — — — — — — — — — — — — — — —

55. Mi-ki-i ša (âlu) Hal-pi U-zak-ku ša (âlu) —

56. (mât) A-ri-[a]r-ma (mât) Tar-šarrani-[hu (mât) Ša] -ak-su-u[k-ni] — — — — — — — — — — — —

57. [ša dan-nu-tu] ša mâr Bâbilu [i-ḳab-bu-šu-ni] — — — — — — — — — — — — — —

58. interiit

59. [ina III] palî-ia [Sa-ar-du-ur-ri (mât) Ur-ar-ṭa-ai ib-bal-kit ma]

60. [it-ti] Ma-ti-'-ilu — — — — — — — — — — — — —

61. [Su-lu-ma-al (mât) Mí-lid-da]-ai Ta-ar-hu-la-ra (mât) Gur-gu]-ma-ai — — — — —

62. — — — — [Ku-uš] ta-[as-pi (mât) Kumuḫ]-ḫa-ai a-na í-muḳ a-[ḫa]-míš [it-tak-lu]

63. [i-na] li-i-ti u da-na-ni ša Ašur bíli-ia it-ti-šu-nu [am-da-ḫi-iṣ] — — — —

64 — — — —[di-ik-ta]-šu-nu a-duk hur-ri na-ad-bak šadi-i u-mal-li [pagrí-šu-un] narkabâti-šu-nu

65. — — — — — — šu-nu a-na la ni-[ba al]-ḳa-a i-na ḳabal ti-du-ki ma Sa-[ar]-du-[ur]-ri — — — — — -

66. — — — — — — [ina] ḳatâ-ia u-ṣab-bit 72950 niší a-di [mar-ši-ti-šu-]nu ultu [ki-rib] - — — — — — — —

67. [Sa-ar-du-ur]-ri a-na šu-zu-ub napša-tuš mu-šiš ib-liḳ-ma la in-[na-]mir [ašar-šu] — — — — — —

68. — — — — — — — a-di ti-tu-ri (nâru) Purat mi-ṣir mâti-šu at-rad-su-ma (iṣu) iršu — — — — —

[1]) Ad hanc lectionem confer Tomkins, Babylonial et oriental Record, III.

55. Mikî, princeps Chalpi oppidi, Uzakku, princeps oppidi — — — — — — — — — — — — — — — —

56. Ariarma, Tarsharrani[chu], [Sa]ksuk[ni] — — — — — — — — — —

57. quod oppidum munitum ab Babyloniae incolis conditum esse dicitur — — — — — — — — — — — — — —

58, interiit

59. [tertio] regni mei anno [Sardurri Urarṭaeus seditionem movit,] et

60. societate [cum] Mati'lu — — — — — — — — — — — —

61. [Sulumal Milita]eo, Tarchulara [Gurguma]eo, — — — — — —

62. — — — — [Kus]hta[shpi] [Kummu]chaeo facto copiis suis [innixi sunt,]

63. majestate et numine Assur domini mei fretus cum iis proelium [feci] — — — —

64. — — — — — [milites] eorum interfeci, faeces et loca dejecta montis [corporibus eorum exanimatis] cumulavi, essedas eorum

65. — — — — — — — — — eorum innumerabilia abduxi; medio in proelio Sardurri — — — —

66. — — — — — manibus meis cepi; 72950 homines cum rebus eorum ex — — — — —

67. [Sardur]ri ad vitam servandam noctu aufugit neque in[ventus] est [locus ejus (quo erat)] — — — —

68. — — — — — usque ad pontem Euphrati flumini injectum, qui terram ejus definit, eum persecutus sum(?), lectum militarem — — —

69. — — — — — iṣu ša ša-da-di šarrû-ti-šu (abnu) kunukku kišadi-šu a-di harrí — — — šu (iṣu) narkabtu šarrû-ti-[šu]

70. — — — — — — šu-nu — — — — — šu ma-du ša ni-ba la i-šu-[u] (iṣu) narkabâti-šu-[nu] sîsî-[šu-nu] pa[rí-šu-nu]

71. — — — — — — — šu um-ma-ni a-na la ma-ni al-ḳa-a (iṣu) bit-ṣi-í-ri (iṣu) kul-ta-ru — — — —

72. — — — — — šu ma'-um-at-tí i-na ki-rib uš-ma-ni-í-šu ma ina išâti aš-ru-[up] (iṣu) — — — —

73. — — — — (iṣu) iršu-šu a-na (ilu) [Ištar] (ilu) šar-rat (âlu) [Ninua ar-ku-us] — — — — — — šu-ai

74—76. interieunt

77. — — — — — (âlu Ku-ḳu-sa-anšu

78. — — — — — [(âlu) Ḫa]-ar-bi-si-na

79. — — — — — — — pi-a-ti

80. — — — — — di-i-nu

81. — — — — (âlu) Iz-zi-í-da

82. ša Ma —

83. ina íli-[šu-nu] [aš-kun] Ra-ṣun-ni [(mât) Dimašḳi]

84. III Gun. ḫuraṣi — — — Gun. kaspi — — — — — — — — —

85. XX Gun. (riḳḳu) la-du-nu — — — — — — — — — — [ša]

86. Ku-uš-ta-aš-pi (mât) Ku-um-muḫ--[ai] — — — — [Ḫi-ru-um-mu]

87. (mât) Ṣur-ra-ai U-ri-ia-ik (mât) [Ḳu-u-ai] — — — — — — —

88. Pi-si-ri-is (âlu) Gar-ga-miš-ai Tar-hu-la-ra (mât) [Gur-gu-ma-ai] [ḫuraṣu kaspu anâku]

89. parzillu mašak piri šin piri šipâtu argamannu — — — — — —

69. — — — — currum regium sigillum, annulos — — — — essedas regias

70. — — — — — eorum — — — ejus innumerabilia, essedas, equos, m[ulos] eorum

71. — — — — ejus, artifices innumerabiles abducti tentorium, quo utuntur locis desertis — — —

72. — — — — ejus innumerabilio mediis in castris igne cremavi — — — —

73. — — — — lectum militarem Istar deae, reginae [Ninives] [consecravi] — — — —

74—76. interierunt

77. — — — oppidum Kukusanshu

78. — — — [oppidum Cha]rbisina

79. — — — piati

80. — — — dînu

81. — — — oppidum Izzida

82. — — — — — —

83. supra [eos] [feci] Rasson, princeps Damasci,

84. III talenta suffimentorum — — — —

85. XX talenta suffimentorum — — — — — — — —

86. Kushtashpi Kumucha[eo] — — — [Chirom],

87. principe Tyri, Uriaik [Guaeo] — — —

88. Pisiris, principe oppidi Gargamish, Tarchulara (Gurgumaeo] [aurum, argentum, plum]bum

89. ferrum, pelles elephantorum, ebur, vestes purpureo colore — — —

90. — — — — — — — — — [bi-nu-tu] mâti-šu-nu ma-'-at-tu

91. — — — — — — — — — — ina ḳabal (âlu) Ar-pad-da am-ḫur

92. Tu-ta-am-mu-u (mât) Un-ḳi a-di-ia í-miš nap-ša-ti-šu — — — — — — — —

93. — — — — — — it-ta-li-ku it-tí-ia i-na uz-zi — — — — — —

94. — — — — — — ša Tu-ta-am-mu-u a-di (amílu) rabûtí-šu — — — — — —

95. — — — — — — (âlu) Ki-na-li-a âl šarrû-ti-šu ak-šud niší a-di mar-ši-ti-šu-nu [aš-lu-la]

96. — — — — — sîsî parí ina ki-rib um-ma-ni-ia kima ṣi-í-ni am-nu — — — — —

97. — — — — — — tu — — ina ḳabal-ti íkal ša Tu-ta-mu-u kussu-u-a ad-di — — — — —

98. — — — [Gun] [ḫuraṣu i]-na danna-ti CCC. Gun. kaspu ina danna-tí C Gun. sipar[ru] — — — —

99. — — — — — — n[í-in]-zi lu-bul-ti bir-mí (lubultu) kitû riḳḳí kala-ma bušû íkalli-šu — — — — —

100. — — — — — — (âlu) Ki-na-li-a a-na íš-šu-ti aṣ-bat (mât) Un-ḳi a-na paṭ gim-ri-ša u-[šik-niš] — — —

101. — — — — — — (amílu) Šu.Ut.Šaḳ.-ia bíl pihâti íli-šu-nu aš-ku-un

102. interiit

103. — — — — — [ina] mi-ti-iḳ girri-ia man-da-at-tu ša šar[rani] — — — — — — — —

104. — — — — — [Jz-ri]-ia-a-u (mât) Ja-u-da-ai kima — — — — — — — —

105. — — — — — Jz-ri-ia-u (mât) Ja-u-di ina — — — — — — — — —

106. — — — — — — — [a]-na la ni-bi ana šami-í ša-ḳu-u — — — — — — — — — — — —

90. — — — -[res] in terra eorum nascentes

91. — — — medio in oppido Arpadda accepi

92. Tutammu, princeps Unki, imperium meum detrectavit et capitis poena dignus fuit(?) — — —

93. — — — latera mea cinxit, ira commotus — — —

94. — — — Tutammu nobilesque ejus — — —

95. — — — Kinalia, caput imperii ejus cepi, incolas cum rebus eorum [abduxi]

96. — — — — [equ]os mulos mediis in castris sicut pecora habui — — —

97. — — — media in Tutammû principis domo regia sellam meam regiam collocavi — — —

98. — — [talenta] [auri] nummi magni, CCC talenta argenti nummi magni C talenta aeris cyprii — — —

99. — — — — — — n[in[zi, texta varii coloris, lintea, suffimenta omnis generis, bona domi ejus regiae — — —

100. — — — — — oppidum Kinalia denuo aedificavi, Unḳi totam [subegi] — — — —

101. — — — — — — praetorem meum dominum provinciae supra eos feci

102. interiit

103. — — — — — — bello procedente tributum re[gum] — — — — — — — —

104. — — — — — [Jzri]jau princeps Judaeae, sicut — — — — — — —

105. — — — — — Jzrijau, princeps Judaeae, — — — — — — — —

106. — — — — — innumerabilia caelum — — — — — — — — — —

107. — — — — — — ina înâ ki-i ša ul-tu šami-í — — — — — — — — — — —

108. — — — — — — — [i]-na mit-ḫu-uṣ zu-ki šîpâ — — — — — — — — — — — — — [a-ka-am]

109. [um-ma-na-at (ilu)] Ašur gab-ša-ti iš-mu-ma ip-laḫ libba-[-šu-un] — — — — — — — — —

110. — — — — — — — — ab-bul aḳ-ḳur ina [išâti aš-ru-up] — — — — — — — — — — —

111. — — — — [a-na] [Az-ri-i]a-a-u í-ki-mu u-dan-ni-nu-šu — — — — — — — — — —

112. — — — — — — — kima (iṣu) gab-ni — — — — — — — — — — — —

113. — — — — — — — — — — — — — — šum-ru-ṣa-at — — — — — — —

114. — — — — — — — — — — — — id-lit-ma ša-ḳa-at — — — — — — — —

